



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

15 Ab auaritia & munerum acceptione alienum esse. v. Sig. 28. partis
posterioro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

missè, prætenfa libro toga. Nunquam cùm Senatus haberetur aberat. *Idem.*

5. *Claudius Imp.* legem tulit, ne Senatori vltra septimum ab Vrbe lapidem iniussu Imperatoris abesse liceret. *Suidas.*

6. *Homerus Agamemnonem* Regem ποιμένα λαῶν, (pastorem populorum) appellat: pastorem enim oportet semper adesse suis ouibus, & curare, vt saluæ fiat oues, & habeant vnde viuant.

SIGNVM XV.

AB AVARITIA, SEV A SITICV. *Avaritia*
losa rerum cupiditate alie- *fuga*
num esse.

Avaritia meritò reprehenditur in Magistratu, cùm eius sit ditare potius, quàm ditescere. (*Plut. in Apoph.*) Neque turpe duntaxat, sed etiam sceleratum ac nefarium est habere quæstui Rep. seu è Rep. quæstum facere. (*Cic. 2. de Off.*) Adhæc auari Magistratus custodiunt populum, non vt pastores gregem, sed vt lupi. (*Dion in Augusto.*) Itaque *Imp. in Nouellis suis Const. Const. 8.* Omnium malorum causam, cunctorum flagitiorum finem ac principium esse affirmat pecunias ex officijs quærere. Et Sacræ litteræ iubent eligere Magistratus non solum sapientes; sed etiam eos, qui auaritiam oderunt. (*Prou. 18.*) Iethro ad Moysen ait, *Exod. 18. v. 21. Provide viros qui oderint auaritiam.* Pessimè certè se habet Resp. cùm

ad eius gubernacula auari sedent. Quid enim
 mi sanctiue ab ijs expectandum est, quorum
 dia & cogitationes ad auaritiam tantum refer-
 tur. (Demosth. adu. Aristocratem.) Syr. c. 10.
 ait: Nihil est iniquius, quam amare pecuni-
 am, & animam suam venalem habere. Quæ
 quis Reip. amor in eo esse poterit, qui pecu-
 niam semper inhiat, cuius mens cumulandis thesauris
 inflammatur, qui bonum publicum spernit, &
 uatum sollicitè quærit & ambit? Nihil is pen-
 dit, nihil sancti habet præ utilitate priuata; imò
 probitatem, cæterasque artes bonas subuertit,
 uarus; pro his superbiam, crudelitatem, Deos
 negligere, omnia venalia habere docet: (Sallust.
 Catil.) Rectè dixit Val. Max. (lib. 4.) *si de-
 penates, ea ciuitas, id regnum æterno in graui
 re potest, ubi minimum pecunia cupido sibi uen-
 cat.* Nam, ut ait Lact. lib. 1. Diuin. Instit. c. 4. *in
 bus abest studiū lucri, abest etiā voluntas peccandi
 & causa fallendi.* Contra Iuuenalis ait, *Sæ-*

— *sed quæ reuerentia legum,*

*Quis metus, aut pudor est vnquam prop-
 riū auari?*

*Cui nihil satis est, eidem nihil turpe est, ait
 Ilian. lib. 14. c. 3. Anselmus:*

Sæper avarus amat, mendacia, furti, rapinæ.

Auaritiæ dediti Magistratus subditos perpetuo
 vexant, bene meritos prætereunt. Hinc Cic. 2.
 Offic. *Nullum est vitium tetrius, quam auaritia,
 præsertim in Principibus & Remp. gubernantibus.*

Hinc etiā Ethnici Magistratus auaritiā atque
 auaritia suspicionem studiosissimè defugiētes
 1. *Q. Fabius Gurges, Cn. Fabij Pictores, Q. Ogul-
 nius, reuersi ex legatione, quā susceperāt ad Pe-*

lem

*Liberalitas
Ptolomai.*

*Abſtinentia
legatorum.*

*S. P. Q. R.
aquitas.*

lemæum Regē munera, quæ ab eo priuatim acceperant, in ærariū; & quidem prius, quàm ad Senatū legationē referrent, detulerunt: de publico ministerio nihil cuiquā præter laudem bene administrati officij accedere debere iudicâtes. Veruntamen (quæ humanitas fuit Senatus) data sunt Legatis quæ in ærarium reposuerant, non solum Patrum Conscriptorum decreto, sed etiam populi permissu, eaq; Legatis Quæstores promptè vniciq; distribuerunt. Ecce verebantur integerrimi viri, ne fortè congiarij acceptio aliquid de ipsorum fide ac integritate delibaret, quam vt præferrent, publicè reddebant, quæ publicè acceperant. *Val. lib. 4. c. 3. exemp. 9.*

2. *Fabricius* Consul Rom. Legatus ad Regem Pyrrhum (qui aduersus Romanos Tarentinis auxilium tulerat) missus, de redimendis captiuis, ab Rege sollicitatus fertur, quarta ei regni parte promissa, vt Romanis destitutis, ad se transferret. Verùm nec ista, quantumlibet maximè spei, ostentatione permotus *Fabricius*, à suscepto negotio se abduci passus est. *Eutrop. lib. 2. Rom. Antiq.*

3. Deliberantem *Octavianum Augustum* post sopita bella ciuilia, & profligatum M. Antonium Rom. Imperium suscipere vellent, liberè dehortatus est *Agrippa* ne acciperet, tametsi certò sciret, euecto ipso ad id fastigij, se quoq; ad altissimos dignitatū gradus promoueri; sed animo aduersus cupidinē inuictò, publicam rē antehabuit priuatae vtilitati, (*Dio lib. 52.*) iuxta illud:

Publica priuatis anteferenda bonis.

4. *Alexander Severus* Petronium Thurinū familiarem, quòd his, qui petebāt aliquid à Cæsare, vendidisset suum patrociniū, mentiens interim

*Vide signa
28. c. 51.
part. 2.*

F 4 multa,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

multa, damnatum ad stipitem alligari iussit, sup-
posito igne ex humida materia, & præconco-
cante: fumo punitur, qui fumos vendidit. At
Lampr.

¶ *Iugurtha Rex* cum pecunia Romanos exag-
tasset, iussusq; tandem à Senatu esset paucis die-
bus Italia decedere, postquam Roma egressus
fertur sæpe tacitus respexisse, & postremo
xisse: *O Urbem venalem, & mox perituram, si in
ptorem inuenerit:* quod paulo post euenit, Romani
enim, cum antea inuicti essent, sola auaritia
victi sunt, & antiquum nominis decus amiserunt.
Brus. lib. 1. cap. 1. ex Sallust. Rectè ergo vulgo
Cato magna imperia euerti luxuria & auaritia
& Sallust. ad Cæs. de Reip. ord. cum inquit: *Au-
aritia bellua fera, immanis, intoleranda est, quæ
cendit oppida; agros, fana, atque domos vastat; cum
uina cum humanis permiscet; neque exercitus, neque
que moenia obstant, quò minus vi sua penetret; fa-
ma, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus
cunctos mortales spoliat.* Itaq; meritò à S. Paulo
1o (1. ad Timoth. 6.) *radix omnium malorum* ap-
pellatur. Nam vt virtute radicis pullulant frun-
pes, rami, frondes, flores, atque fructus: ita vitio
auaritiæ pullulat contemptus Dei, odium proximi,
& omnium, etiam coniunctissimorum, despectio.
Atque hinc nihil seuerius legibus summi
Prometheus, & Numa Pompilius prohibuerunt,
nulli peccato grauiores constituerunt poenas, plus ho-
quàm si avari & peculatores essent Iudices. Pro-
uidè etiam apud nonnullos populos lege cau-
tum est, ne ij, qui agros hostibus finitimos habe-
rent, in consilium adhibeantur de bello, quod
sum

cum finitimis suscipiendum est, quasi rei privatae
 aspectus impediatur, quò minus prudens consilium
 quis capere possit. *Arist. 7. Pol. c. 10.* sapiens igitur
 admodum est illa cohortatio Leonis Imp. ad fi-
 lium Principem: *Consultores adhibe experientes*
rerum, prouidos, perspicaces, arumarum ac pro-
speritatis tuae socios, ad cogitandum solertes, fide-
les, qui tibi neque ad gratiam obtemperabunt, ne-
que illi, qui rei susceptor existit, neque sibi mutuo;
sed qui quod cogitant dicunt, qui simplici animo
& incorrupto sunt, nullumq; ex his rebus lucrum
querunt, sed eo ipso tempore quid maximè utile sit
explorant. Sunt enim, qui cum lucrum aliquod vel
compendium, aut ad se, aut ad eos, quos charos
habent, atque diligunt, pertinere posse vident, to-
tam iudicationem rei eo transferunt. & quia per-
tinaces sunt, vniuersum consilium ab utilitate cõ-
muni, ad id, quod ipsi volunt, deducunt.

6. Eusebius (*de Vita Const. lib. 4. c. 29. & 30.*) dum
 agit de pio officio *Constantini Imp.* in curandis
 aulicorum morbis, ait: Fertur cuidam ex suis ab
 se aliquando prehensio dixisse: *Quò vsq; tandem,*
O bone, inexplebilem hanc auaritiam cumulamus?
 Deinde cum corporis humani perfectæ ætatis
 circumscriptam mensuram hasta, quam manu
 tenebat, humi impressisset: *Omnes, inquit, vitæ di-*
uitias, & totius Orbis opes si domi haberes, tamen
plus hoc à me circumscripto ioculo non possidebis, si
& illud forte possideris. Huiusmodi dictorum &
 factorum modum sibi nullum statuebat beatus
 Imp, resque ipsæ persuadebant, Imperatoris hæc
 quasi diuinitus edita præcepta non nudis verbis,

sed diuinis oraculis similia esse. Hæc Eusebius
 probè quidem, ait Baronius Anno Christi 326.
 cundùm illud Prou. 16. *Diuinitio in labijs Regis*
 Nam Constantinus de Ablauio viro Cõsulari
 Præfectura Prætorij, alijsq; insignibus decoratus
 vera vaticinatus est, cùm finem infelicissimi
 Constantio Constantini filio sit consequutus.
 morè enim pecudis frustatim dissectus, inces-
 est, an, vel vbi fuerit humili saltè sepultura
 natus, propterea quòd auri cupidissimus, & auarus
 corruptus præclaris & de Imperio optimè me-
 tis viris necem inferre studuerat. *Vide in Theat.*
hist. pœnas auar. & homic.

Rursum ad compescendam Magistratuuum auariti-
 ritiam idem Constantinus diuersas sanxit leges
 & aduersus Aduocatorum rapinas sic ad Bassum
 scripsit: (l. i. de post. Cod. Theod.) *Aduocatus*
consceleratis depactionibus suæ opes egentes spoli-
atq; denudant, non iure causa, sed fundorum, ar-
corum, & mancipiorum qualitate rationeq; tracta-
ta, dum eorum præcipua possunt coacta sibi passim
transcribi, ab honestorum cœtu iudiciorumq; in
spectu segregari præcipimus.

Anno Christi 331. idem Cõstantinus, inuigilans
 ex more, ne prouinciales à prouinciarum Re-
 ribus cõprimerentur varijs pecuniarum indebitis
 exactionibus, eiusmodi Christiano Principedi-
 nã edidit sanctionem: (l. i. de off. Reët. prou. Co-
 Theod.) *Cessent iam nunc Officialium manus, cessent*
inquam: nam si moniti non cessauerint, gladijs per-
cidentur. Non sit venale iudicis velum, nõ ingre-
redempti, nor infame licitationibus secretarum
non visio ipsa Præsidis cum pretio. AEquè aures
dicantis pauperrimis ac diuilibus referentur.

Magist. a-
uaritia co-
hibetur.

Obindu-
endum.

Ab inducendo eius qui Officij Princeps dicitur, de-
 predatio. Nullas litigatoribus adiutores eorundem
 Officij Principum concussiones adhibeant. Centu-
 rionum, aliorumq; officialium parua magnaq; posce-
 ritum intoleraudi impetus oblidantur, eorumq; qui
 iurgantibus Acta restituumt, in expiet auiditas te-
 peretur. Semper inuigilet industria Præsidalis, ne
 quidquã à prædictis generibus hominũ de litigatore
 sumatur. Qui si de civilibus causis quidquã putauerint
 esse poscendũ, aderit armata censura, qua nefariorum
 capita ceruicesq; detruncet, data copia vniuersis, qui
 concussi fuerint, vt Præsidum instruãt notionem.
 Qui si dissimulauerint, super eodem con-
 querendi vocem omnibus aperimus apud Comites
 cunctos Prouinciarum, aut apud Præfectum Prae-
 torio, si magis fuerit in vicino, vt his referentibus
 edocti, super talibus latrocinij supplicia referamus
 &c. Quod Imp. prohibet Iudicis velum esse
 venale, aduersus eos ministros, qui aliquid à liti-
 gatoribus exigebant, vt admitterentur ad Iudicẽ,
 poenam intendit. Vocabantur hi admissionales.
 Secretarium vocat locum, vbi Iudices causas au-
 diebant, & cognoscebant.

Vtinam Magistratus auari (qui aureis retibus
 umbras mundi venantur, & sepũtea virtute, Pluti
 & Mamonis idola adorãt) & oēs aurifugæ, pòde-
 rarẽt illud Tiberij Imp. ad Sophiã Iustini Imp. vi-
 duã: Ad thesauros in terra desosfos, antiqua perti-
 net execratio, his verbis ab Epimemide pronũtiata;

Quas hominis congesit opes industria auari,
 Heredũ sparget prodiga dextra mali.

Et

Et illud Ambrosij: *Sepe quod avarus summa
gegit solitudine, praecipiti effusione dilapidat
res luxuriosus.* Item quod Franc. Petrarca re-
pondit Carolo IV. cum quæreret quomodo Re-
num stabile possit conseruari: *E medio capit
publica pacis ac humana societatis pestes tollantur
inuidia, auaritia, ira, superbia: contra misera
Reip. facies, vbi omnia hæc mala cateruatim do-
minantur.*

Deut. 27. c. v. 17. prohibetur Regi immensa ha-
bere auri pondera, subaudi ad auaritiam. Plucat
inter familiares Alexandri Magni fuisse Perdic-
cam, qui cum videret Alexandrum quidquam
ingenti sumptu ac labore acquisiuisset, summa
facilitate dilargiri: *Dic mihi, inquit, Princeps
renissime, si quidquid habes alijs dederis, tibi quid
re seruas?* Tum Alexander: *Supereft,* inquit, *mea
gloria eius quod dedi & acquisiui, & præterea
eius quod daturus & acquisiturus sum.* Et porro
mibi *medas,* si putassem cogitatos homines qui
cepi, ea me cupiditate vel auaritia incensum cepi-
se, ne vnam quidem (ita me Mars amet) oppidi-
lius pinnam deiecissem, imò ne vnam quidem pug-
nam inuissem, etiamsi mundi vniuersi dominium oc-
cupaturus essem. Sed hic consiliorum meorum finis
est, ut mihi gloriam pariam, opes inter alios partiar.
Rectè, nam pecunie avarus, existimationis est
prodigus.

Non omittendum hic illud emblemata Al-
ciati:

*Exprimit humentes, quas iam madefecerat
ante,*

Spon

Spongiolas cupidi Principis arcta manus:)
 Prouehit ad summum fures, quos deinde coer-
 cet,
 Vertat ut in fiscum, quæ malè parta, suum.

Vide Tac.
 lib. 16. ☉
 Liu. lib. 2.
 bel. Punic.

SIGNVM XVI.

AUCTORITATEM COMPARARE, ET ^{Authorita-}
 partam tueri ac stabilire moderata facilitate ac ^{tem tueri}
 familiaritate, seu grauitate cum humanitate
 & morum facilitate coniuncta, amorem
 conciliante pietate, prouiden-
 tia, & forma dig-
 nitate.

PER auctoritatem Magistratus subditi magis
 in officio continentur, quàm viribus, cum ni-
 hil potestas Regum valeat, nisi prius valeat au-
 ctoritas, (salus & custodia Principatus.) Q. Curt.
 lib. 8.

1. C. Marius in profundum vltimarum mise-
 riarum abiectum, ex ipso vitæ discrimine bene-
 ficio maiestatis emerfisse scribunt. Missus enim
 ad eum occidendum in priuata domo Minturnis
 clausum seruus publicus, & senem, & inermem,
 & squalore obsitum, strictum gladium tenens,
 aggredi non sustinuit, sed claritate viri occa-
 tus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fu-
 git. Val. lib. 2. c. 10.

2. De Philopamene, ait Iustinus, lib. 32. iacentem
 Messenij seu metu virtutis, vel verecundia digni-
 tatis